

## **Decem Decades Observationum Ex Jusisprudentia Criminali**

Rostochii: Typis Nicolai Schwiegerovii, [1728]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002325560>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. Sept.1728

Mantzel, Ern. Joh. Frid. /c







53  
55

Q. D. B. V.

DECEM DECADES  
OBSERVATIONUM  
EX  
JURISPRUDENTIA  
CRIMINALI,

QVAS, DEO JUVANTE  
ET CONSENTIENTE MAGNIFICO ICTORUM ORDINE,  
IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI,  
tribus vicibus

Amicæ ventilationi, cui ut FAUTORES & AMICI  
interfint, humaniter hoc ipfo rogamus,  
subjicient,

PRÆSES

ERN. JOHANN. FRID.  
MANTZEL,

PHIL. & J. U. D. ac MORAL. PROF. ORD.  
&

RESPONDENS

PETRUS STOLTE, *Rostoch.*

Anno MDCCXXVIII. mense Septembr.  
Diebus Mercurii.




ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampliff. Senat. Typogr.

1728



## LECTOR BENEVOLE!



Atenus Dissertationes nostras Institutionales feliciter publice privatimque continuavimus; placet nunc colophonis loco tribus vicibus in publicum prodire, & Jurisprudentiam criminalem quoad controversias, & observationes eò spectantes exponere; Nolumus autem, ut has nostras Theses quisquam ad labores nostros referat, siquidem extemporaneæ sunt, & prouti memoria tulit, huc congestæ. Si una vel altera illarum, quæ vel salivam vel bilem movere possit, per nos liceat. Scopus noster est, hac charta invitare & allicere eos, qui bene nobis cupiunt.

*Decas*

## Decas I.

1. **P**oenæ sunt Juris naturalis.
2. Non dantur hodie poenæ civiles.
3. Constitutio Criminalis est quidem lex Germanica, sed dolendum, quod Compilerator ejus passim sit romanizatus.
4. Verba in Constitutione Criminali frequenter obvia: *sollen Rechts pflegen, sollen sich darnach halten*, sunt imperativa.
5. Delinquentes puniri ex contractu elegans est philosophia.
6. Causæ Criminales, in concursu, civilibus utique sunt præferendæ.
7. Male merum imperium *das Hals-Gericht* a nonnullis appellatur Jus vitæ & necis.
8. In Criminalibus non datur appellatio.
9. Asyla, postquam in facinorosorum latibula degenerarunt, claudenda sunt.
10. Ebrius delinquens poena ordinaria haud afficiendus.

## Decas II.

1. Et dubitamus, an ulla lege contrarium possit statui.
2. Citatio in Vallum Josaphat ad ea referenda, circa quæ ratio hæsitat.
3. Diuturnitas carceris poenam mitigare potest, modo exceperis delicta, circa quæ deficit aggratiatio.
4. Si turba deliquerit, recte supplicium per talos vel decumationem irrogatur.
5. Certis autem casibus tutius omnibus poena dicitur arbitraria.
6. Poenæ arbitrariæ in nostris foris frequentatæ non sunt taxandæ;  
) ( 2

taxandæ; Relegatio autem in perpetuum prævia fustigatione multas patitur exceptiones.

7. Recte quædam pœnæ extraordinariæ v. g. exoculatio & tratto di corda, sunt abrogatæ:
8. Sic etiam nonnullæ ordinariæ: v. g. veneni, lapidatio, inedia, articulata devoratio, justissime exoleverunt.
9. Lubrica est regula: Jus pœnale non patitur interpretationem extensivam.
10. Pœnæ nec ad justitiam distributivam nec ad commutativam recte referuntur.

### Decas III.

1. Cogitationis pœnam nemo patitur; *l. 18. ff. de pœn. nec obstat l. 5. C. ad L. Jul. Maj.*
2. Conatus recte punitur pœna ordinaria in crimine incendii, Latrocinii & Sodomix. *Conf. Schæpff. Syn. de Priv. delict. n. 12. seq.*
3. Confinatio prudentissima est pœna.
4. Tortura e foris nostris haud est proscribenda.
5. Aggratiatio in delictis jure divino taxatis locum non habet; minus recte autem polygamia eo referri videtur.
6. Puella condemnato se offerens non est audienda.
7. Præscriptio delictorum datur & non datur.
8. Fustigationi simpliciter dictata inest relegatio.
9. Pœna talionis interdum male concipitur, non enim oculus pro oculo fuit effodiendus, sed accurata tantum proportio legibus divinis est imperata.
10. Deficiente carnifice alia vilis persona est substituenda.

Decas

## Decas IV.

1. Pœna furti capitalis serio haud est impugnanda.
2. Fures domesticos mitius punire vetat ratio.
3. Fur rupto laqueo iterum est suspendendus.
4. Furtum necessitatis in nostris rebus publicis ens rationis est.
5. Etiam fur diurnus positis circumstantiis impune occiditur.
6. Spectrum simulans recte occiditur.
7. Imperator circa definitionem furti nominalem pedantissimum commisit.
8. Furtum distinguere in manifestum & non manifestum non omni caret usu practico.
9. Clave adulterina fores & arcas referare furti violenti species est.
10. Erigens patibulum tenetur 24 ulnarum distantiam relinquere inter proprium & alienum territorium.

## Decas V.

1. Omnia vocabula ad alium denotandum apta, injuriarum actionem excitare possunt, v. g. Mensch, Kerl, Weib, Herr, mein Sohn, &c.
2. Sufficit si actio injuriarum sit annalis *Mov. P. §. Dec. 368.*
3. Libellus famosus est, licet nomen subscriptum.
4. Cumulari possunt actio injuriarum æstimatoria & ad Palinodiam.
5. Injuria per conversationem vel salutationem haud remittitur.
6. Imo nec post confessionem aut S. Coenæ usum ab actione injuriarum excluditur injuriatus.
7. Concionator Germanicus elencho speciali facile peccat contra Leges Imperii.

X 3

g. Retor-

8. Retorsio injuriarum est de genere permissorum.
9. Osculum invitæ datum est injuria.
10. Formula : es habe ihn Injuriant an seinen Ehren verlegt ,  
immoderata est.

## Decas VI.

1. Bina sponsalia celebrans infamis est.
2. Adulterii pœnam ubique non esse æqualem ad vitia status referimus.
3. Adulterium duplex sine exceptione sit capitale.
4. Juxta *avth. sed hodie. C. ad L. Jul. de adult.* fœminas ob adulterium mitius puniri masculis infirma nititur ratione.
5. Insidiæ vitæ conjugis structæ sunt adulterium.
6. Potest etiam adulterium committi cum propria uxore.
7. Stuprator fœminæ pulchræ non est distinguendus à stupratore deformis.
8. Non datur casus, quod uxor aliquem ex commiseratione admittens non committat adulterium.
9. Stuprum apud Romanos severius punitum esse ac hodie fit, ratio status jussit.
10. Sponsus fieri potest violentus stuprator.

## Decas VII.

1. Ebriam menteque captam subjiciens violentus stuprator est.
2. Per philtrum fit violenta stupratrix.
3. Glossa, quæ eam dicit meretricem cum qua 23000 rem habuerunt ridicula est.
4. Polygamia capitaliter punienda.
5. Idem dicendum de incestu in linea recta.

6. Cri-

6. Crimen raptus hodie non est concipiendum juxta sty-  
lum Italicum.
7. Ad homicidium non requiritur animus occidendi sed  
nocendi.
8. Mandans vulnera imo etiam verbera, tenetur de occi-  
sione.
9. Cadaveris inspectio haud est negligenda.
10. Nam si neglecta non datur locus poenæ ordinariæ.

## Decas VIII.

1. Moderamen inculpatæ tutelæ gratiam, non poenam me-  
retur.
2. Nec præcise primus ictus expectandus, vel similia arma,  
vel fuga requirenda.
3. Etiam ob minas aliquis occidi & capite puniri potest.
4. Prouti & ob res servandas.
5. Ut & ob pudicitiam.
6. In abactione partus dimidium gestandi tempus attendit  
praxis, sed refragante Physica.
7. Sanguis ex cadavere occisi fluens turpe est indicium  
occisorem esse præsentem.
8. Quod susurris magicis aliquis possit occidi, *Affirm. S. S. L.  
de publ. Jud.*
9. Dies criticos attendere minus tutum est.
10. Monstrum est abolendum.

## Decas IX.

1. Infantes expositivos Magistratus merum imperium ha-  
bens alere tenetur.
2. Monstrum peperisse non est indicium Sodomix.
3. Plagiarii sunt, qui militibus produnt homines.
4. Filium adoptivum occidens parricida est.

§. Athei-


5. Atheismus est crimen capitale.
6. Hæresis est crimen, & non est crimen.
7. Dantur omnino sagæ, sed num de definitione nobiscum alii conveniant, dubitamus.
8. Ambitum hodie non esse crimen corrupti seculi est indicium.
9. Simonia est delictum, sed malè à Simone Mago nomen ei impositum.
10. *L. 4. C. de Malef. & Mathem.* ubi das Wettermachen, ad possibilia refertur, superstitiosa est.

### *Decas X.*


1. Pœna capitalis illicite venantibus recte dicitur, minus recte infligitur.
2. Virgula mercuriali utens privatus relegitur.
3. Crimen læsæ majestatis atrocissimum quidem est, sed pœnam ad liberos extendere ratio non patitur.
4. Etiam in Principes Imperii committitur crimen læsæ majestatis.
5. Ut & in legatos & consiliarios Principum.
6. Sacrilegium rota non patibulo est animadvertendum.
7. Duellantium pœna sit omnium rigidissima, quo tandem turpissimæ aboliantur opiniones, non injuriantem, sed injuriatum esse infamem.
8. Punitorum cadavera anatomie committere, laudabile institutum est.
9. Executio in cadavera rectissime exercetur.
10. Errant, qui studium Jurisprudentiæ criminalis facilius studio Juris Civilis esse judicant.














the scale towards document

\* \* (o) \* \*

ionem laxiori occasione reservasse, sic varias  
feudo-JCtorum memoraturus effem, jam  
ta eas excludit, unicam adhuc adjiciam, Eo-  
qui insigniter Jurium edocti sunt, sed sine  
interpretantur & applicant; Corrugata fron-  
onunt *Nov. 18. cap. 5. Erubescat Judex sine lege*  
vificuntur eorum quæ in tergo sunt l. 17. ff.  
non est verba earum tenere, sed vim ac potestatem.  
abula! Vereor enim ne delabar ad quæstio-  
lantismus *Juridicus? quot agitentur Logomachia?*  
annon sit **Böhnhaserey** si quis Non - D - -  
primarium hujus Programmaticis scopum, qui  
Bonis notum faciam *Prænobilem & Clare Do-*  
**RUM GEDDEN**, *Philos. & Jurium*  
*rum, Rostochiensem, PARENTIS* sine exem-  
moda quærentis, promoventis, filium o-  
suo studio suscepturum esse laborem.

timè notæ JCtus evaderet, quinquennium  
iridico jam absolvit, & ne ulla ratione in se  
pateretur, felici nexu omnis generis bo-  
ris studiosum adjuvantes & ornantes con-  
que sobrie reputans quantum sit ornamen-  
e., perpetuis interfuit *Conventibus Dispu-*  
m *Juris Civilis sed & Juris Naturalis &*  
enim ita pridem a latere ejus discessit ali-  
ommilito *Generosiff. DN. de BÆRTHLING,*  
*ffessoris munus vocatus, cum quo & DN.*  
*ch. Me Præsede Grotium de Jure Belli &*  
te alternis vicibus redactum in theses, ven-  
amicæ; Sicuti & hoc ipso currente tempo-  
VERO & in *BÆRTHLINGII* locum dignif-  
sime